sedm plus et minus sanum. sic et ut anima
eternaliter uiuat dedit nobis in cibum seipsum
qui est cibus uite eterne. Jo. vi. Qui mandu-
cat me uiuet propter me. Jo. v. Ipse uerus deus
et uita eterna est. Item Jo. Ego sum panis ui-
te. Nec uideatur impossibile animam per tale
cibum posse eternaliter uiuere. cum dedit in
paradyso fructum arboris uite de quo homo
si comedisset multo diutius uixisset et
.d. post peccatum. Vnde et dixit. Videte ne forte et c.
2m ptle in eternum. i. ualde diu. Sed non sunt ita uir-
tuosus ille cibus ut iste. Circa secundum diligenter
considerandum quare deus se abscondit sev ue-
latum et non manifestum. hoc facit propter multa
1 quorum .iiij. tangam. Vnum quia sumus ita
immundi peccatis quod non sumus digni
2 ipsum sicut est uidere. Secundo quia sumus ita
infirmi et fragiles. quod si peccata non haberemus
tamen tantam gloriam et pulchritudinem
pati non possemus. Si enim hic solem
non possumus sine graui dolore et lesione
uidere. quomodo ergo illum qui de lumine
non ibo fecit et tanto est pulchrior quanto
est non ibo potentior. Si hic angelus qui sic est
ad nos destinatur non se ausus ostendere
nobis in sua claritate ne gaudio deficia-
mus. sed se occultat. multo conueni-
entius qui lucidior et pulchrior est an-
gelis omnibus se occultare debet. ideo se occul- .e.
tat quia claritatem eius humanus aspectus
pati non possit. ut patet ex discipulorum
in monte. Si filij israel claritatem uul-
3 tus moysi et c. Exo. 34. Tercio ut ipsum
sumere audeamus. nisi enim sub alia forma
ut predixi nobis appareret nullus auderet
ipsum sumere. Nullus enim tam audax
qui crudam carnem hominis audet comedere
et masticare. Vnde sumere necesse fuit ut
se uelaret et ideo sub forma delectabilis
sima se sumendum homini dedit. s. sub forma
4 tritici panis et uini. Quarto propter ma-
ius meritum. multum enim meremur hoc

credendo. et tamen quia et plus quam angeli agnoscen-
dum. Angeli enim eum sub hostia ui-
dent sicuti est in omni gloria sua. nos enim
nullam eius gloriam ibi conspicimus. et tamen
adeo firmiter credimus ut qui sicut angeli
pro nostro modulo certi sumus. Nec tamen hic
mirandum quasi quoddam impossibile si corpus christi
continue latens sub forma panis et ui-
ni quia latuit in utero uirginali. s. filius
dei latuit sub forma humana latere potuit
sub hac forma. sicut enim latuit sub
humanitate deitas non sine uelamine non po-
tuit nobis apparere ita glorificata
humanitas nobis mortalibus non sub
alia forma nobis non potuit. i. non expediuit
apparere. et hoc propter infirmitatem
nostram. Ysa. Vere tu es deus abscondi-
tus deus israel saluator. Item Cor. Loquimur
dei sapientiam in misterio que abscondita
est quam nemo principum huius seculi
cognouit. Continetur igitur ibi sub ue-
lamento et pallio celi. Ysa. 29. et sicut
infans sub pannis inuoluebatur. Luc.
ij. et sicut sub specie peregrini. Luc.
ult. et sicut sub specie ortulani. Jo. pen-
ult. ita continetur ibi sub specie panis et
uini. ut iyx minime sub sacco et ce-
te. Jone. ij. et ut frumentum et ciphus
et pecunia in saccis. Gen. xliiij. Cum
si obiciat hereticus quomodo transsubstancia-
ri possit aliquid in aliud. Vbi gratia.
ut quod prius fuit panis et uinum
post benedictionis uerba a domino instituta
non sit modo panis et uinum. sed uerum
corpus christi et sanguis sub forma panis
et uini absconditus. Dicendum quod deus
qui omnia potest facere et hoc. et ut hoc
sine omni dubitatione credamus. multa
et alia mutauit. Mutauit deus fe-
minam in statuam. Gen. xix. Si igitur
querit hereticus quomodo istud deus
facere potest. quero ego ab eo quomodo illud.